



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Basilicae S. Mariae. Maioris De. Vrbe A. Liberio. Papa. I.
Vsque Ad. Pavlvn. V. Pont. Max Descriptio. Et. Delineatio**


Angelis, Paolo de

Roma, 1621

Cap. I. De ordine retinendo in B. Virginis sacelli descriptione.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13873

BASILICAE
 S. MARIAE MAIORIS
 DE VRBE
 A LIBERIO PAPA
 VSQVE AD
 PAVLVM QVINTVM
 PONTIFICEM MAXIMVM
 DESCRIPTIO, AC DELINEATIO.
 LIBER VNDECIMVS.
 AVCTORE
 ABBATE PAVLO
 DE ANGELIS.



DE ORDINE RETINENDO
 in Beatæ Virginis Sacelli descriptione.

CAPVT PRIMVM.



DOST Sacellum Christi Præsepis expressû, vnâ cum ad ipsum spectantibus, sequitur Beatæ Virginis Sacellû à Diuo Luca depictæ, per Paulum Quintum Pontificem

Maximum à fundamentis cõstructum, eidemque Virgini dicatum. Quia verò in externa Basilicæ designatione libro quinto peracta, factis huius sacelli externa fuerunt indicata, in præfenti solum interna delibabimus, modo etiam quædam ex externis intacta, & ad nostrum munus spectantia annotentur. Primùm igitur, diuino fauente numine, modulum, fabricam, & marmorea ornamenta generatim, mox singillatim

A narrabimus, nimirum in quatuor partes distribuendo. quæ quatuor facies existunt, & in quauis historiæ describentur coloribus impressæ, vnâ cum mensuris; sine verò descriptionis, delineatio, & figura se efferet illi parti conueniens. Præterea auri, argenti, & metalli ornatus, atque adeò sacros apparatus. Tertio de Indulgentijs ad id sacellum attinentibus tradetur. Quarto de sacris Reliquijs ibidem collocatis. Quinto de Beneficiatis, seu Cappellanis, & Clericis com-

Bmorantibus, atque priuilegijs. De muni reditus proferemus, quos Paulus V. pro sacelli com- moditate, atque vsu assignauit.

DE SO-

117 23